



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 56. De Procuratoris officio,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

678.

OCTAVVM documentū est. Aduocatum, cui certa merces permisā fuit, posse totam accipere, tum qñ lite iam cœpta clientulus ab ea defensit sua sola voluntate; tum qñ in fraudē illius idem clientulus cum aduersario cōponit; aut bona fide quidem id facit, sed ipsius Aduocati interueniente studio & industria; in quo casu æquivalenter prestat illud pro quo locata est ipsius opera. In illis vero priorib. cum paratus fuerit operam locatam exhibere, conductor similiter paratus esse debet constitutam mercedem soluere. Quod si cliens interuentu alterius, quā sūi Aduocati iusta de causa compoerit, tunc consentaneum est eundem Aduocatum esse cōtentum parte, quæ sit iusta merces opera ab ipso posita.

VLTIMVM documentū est. Si Aduocatus causam cœptā deferat tanquam desperatam; idg; contingat, quia illius iniustiam non bene praeditab intio, mercedem perdit, & ad restitutionem damnorū inde securorum tenet. Sin deferas, quia clientulus tali desertioni causam dedit: vt quia aliquid male contra se confessus est; mercedem integrum capere potest, quia nihil est ipsum cogat resiliere à contractu ex quo ea debetur. Quod si nec sua, nec clētis culpa causam deferas, vt morbo oppresus aut alio eiūmodi casu ad id compulsi, non perdet quidem salarium, quod fuerit de publico constitutum; argum. leg. i. §. Diuus. ff. De extraord. cognitionib. non accipiet tamen mercedem à priuato clientulo, p̄mislam, nisi pro rata temporis quo laborauit, sicut exigit cōmutatiua iustitia æquitas, seruanda in contrac̄ib. Istam distinctionem Sylvest. ex Barthol. habet in verb. Aduocatus, q. 21. in dubiis præced. ac duab. seq. catera antedicta docens, & cum eo Tabiens, in cod. verb. n. 19. & sequent. ac ante vtrumque D. Anton. 3. par. tit. 6. cap. 2. §. 4.

CAPVT LVI.

De Procuratoris officio.

SVMMARIVM.

679 In Procuratore ad exercitium debitum officij sui requiruntur permisso, scientia, diligētia, veritas & iusta.

680 Iustitia in eodem requisita: tum respectu sui, tum respectu aliorum.

681 Responso ad dubium; An Procurator qui gratias aut modico prelio ad iudicidū obtinuit, possit à cliente exigere integrā solutōnem, & fibi vspare.

682 Ad quid Procuratori teneatur is, cuius ille causam egit non conductus ab ipso.

683 Quando Procurator conductus ad causam aliquam procurandam, alium sibi substituens possit accipere aliquid de mercede constituta.

679.

CONDITIONES quarū defectu Procurator potest pecare in exercitio sui officij, sunt permisso, diligētia, scientia, veritas, & iustitia. Ac de permissione illud sufficit monere, easdem personas quæ repelluntur ab officio Aduocato, repelliri etiā ab officio Procuratoris ob easdem rationes. Quod attinet ad scientiam, talis in Procuratore esse debet, qua scīta spectantia ad officium suum, perinde ac dictū est of Aduocato. Diligentia vero eiūdem talis debet esse, qua non solū præfet omnia quæ tenet: sed etiam præfet suo tempore. Ceterum quæ tenet præstare, sunt ista maxime. In iudicio necessarios terminos petere: appellare cum appellandū est; probare quod probandū est; respondere q̄ responderū possit; respondendum est, nec in aliis necessariis desee. Atq; si per ipsius incitamenta aut negligētiam clientulus damnum aliquod capiat, tenebitur ipsum reclarire, tanquam is qui causam illius dederit.

Adhac, veritatem Procurator habere debet: tum in se, tū etiam in suis clientibus. In se quidem, eadem ratione qua Aduocatus. In suis autem clientibus, vt nunquam inducat ipsos ad negandum veritatem corum de quibus iuridice interrogantur, & multo minus inducat ad falsos testes producēdos. Atq; fecus faciens, damnum quodcumq; aduersa parti inde securum fuerit, restituere tenebitur tanquam illius causa.

Iustitiam deniq; id habere debet: primo in ipmam causa, ad eundem modum quo Aduocatus: nempe, vt non procuret in causa iniusta; ita vt si alij cōsceperit, resciens talem esse, teneatur statim ac cognoverit, desistere ab ea. Deinde, vt non exigat, aut accipiat pretia suorum laborum iusto ma-

680.

iora; nisi forte excessus valde modicus sit: cum alioqui non liberaliter, sed inuite dari, satis intelligatur ex eo (vt Toleto, lib. 5. de Infrāct. fācēd. c. 62. in fine habet) quod dantes talib. soleant eos appellare latrones. In quo etiā reprehēbiles sint, tamen satis produnt animū suū, non dandi, si necessestas eos non compelleret. Terrio, vt non inducat partes ad iniquam concordiam, nec peruerat Iudicem, nec item protrahat de industria, vt sularū maius accipiat. Quarto, vt non usurpet sibi Aduocati minus in prēiudicium tum eiusdem, capiendo lucrum attinens ad ipsum: tum clientulorum quos damnifica re potest, non sciendo satis quod oportet. Vnde tanq; proximo faciens iniuriam, peccat cum obligatione ad restitucionem, vt loc. cit. non longe à fine exp̄l̄it Toletus; declarans id contingere Procuratorib; qui cum sint exercitati, volunt suscipere defensiones quae sunt Aduocatorum, ac postea rogant illos ut subscribantib; quae geserūt, tanquam gestis per eos, modicum soluendo pro subscriptione. Id quod illi acceptant, quia melius est illis lucrari modicum quam nihil.

Quinto, vt causam prima acceptatam, primo procuret; deinde vero alias posterius acceptatas, nec tot procurandas acceptet, quin possit singulas intra tempus debiti ad finem perducere: alioqui enim peccat & tenetur ad restitutionem damnorū quoq; est causa iniusta. Quamquam si roget acceptare, & manifestet quod nequeat eas tractareante certū aliquod tempus vero similiter determinatū: ac nihilominus clientuli infest vt acceptent, potest acceptare: cū volenti nō fiat iniuria. Sexto, vt debito modo vtratur in procurando, id est, non petat terminos impertinentes, aliudve quidam simile faciat. Ultimo, in ref. illendis testib; non manifestet occulta criminis ipsorum, nisi talis manifestatio esset necessaria ad debilitandum corundem testimoniū, & causa sui clientis est iusta. Imo & quando iusta est, cū nō licet manifestare criminia occulta, ex quorū manifestatione oritur est testib; ipsiis graue documentū, & clienti non nisi leue euērūt est ex ipso testimoniū; lex enim charitatis exp̄osit, vt graue proximi dñm pluris faciamus quam nostrum modicum.

Porro possunt hic aliquod dubia moueri quibus factis oportet.

PRIMVM EST. An si Procurator acta gratis obtinerit à Notario, vel Curia pro illis modicum soluerit: aut Aduocatum haberet gratis, possit sibi ultra suum, retinere salarū iustum Notario, vel Aduocato debiti? Ad quod respondeat, cōsiderat distinctione. Si n. Aduocatus, aut Notarius, quod sūi numeris eff gratis faciat in gratiam ipsius Procuratoris, premium debiti censeor eidem donatum in remunerationem receptorum beneficiorū, vel recipiendorū; ita vt naturaliter illis de honestate obligetur ad tantundem. Quod si idem (Aduocatus inquam & Notarius) nihil, aut modicum accipiant, non quidem debito resp̄ctu ad Procuratorem: sed quia sic ipsiis placet ad Dei honorem, aliumve finem: Procurator si pendit ipsiis debitum retinere non poterit; sed talis beneficiaria ipso forum cedat in cōmodum clientis, cuius causa in iudicio tractatur. Quæ doctrina est Panorm. ad Cap. Finem lib. nu. 19. De dolo & contumacia. Et confirmatur à similis: quia emens nomine alterius si pro pretio minus iusto res illi poterit sibi retinere quod deest, ad iustum premium cōplendum; tanquam sibi donati: non autem si id ipsum factum sit alio respectu: vt quia vendor ipse scīt emi pro agro, vel pro amico, vel pro Religioso: ex Nauar. Ench. c. 17. n. 79.

SECUNDVM DVBLIUM EST. An si litigans non conductixit Procuratorem, fed hic se ingessit in causa illius, possit post litis victoriā sibi retinere exp̄sas quas fecerit Procurator conductus? Ad quod Panorm. in leg. n. 30. responderet, non posse; cum hac limitatione tamē, vt id locū habeat tantum, quando ille nihil damni inde accepit. Etenim quia iustitia non patitur, vt quis ex benefacto damnum reportet sine rationabili causa; si tali ex illo situ facto accidat damnum aliquod, sive lucri cessanti, sive damni emergētis, ipse poterit in eius iustum cōpenſationem tantum exigere de precio quod Procuratori constituto solvendum fuisset, quantum ad eandem compensationem sufficiat. Cur autem non possit absolute mercedem exigere, sicut procurator constitutus ratio esse potest, quod negotium alienum sulcuperit tantum ex charitate.

TERTIUM

TERTIVM DVBIVM EST; an si aliquis fuisset procurator constitutus, assignato ei certo salario; vt certum aureum in annum, vel pro tota causa, iſq; postea substituat sibi alium procuratorem cui det tertiam illius salarii partē, possit tuta conscientia reliquum retinere? Ad quod respondendū videtur: si procuratori ipse principalis sic substituat minus principalem, vt nihil omnino suscipiat in se periculum negligentia, vel ignorantiae substituti, sustineatque onus admonendi eundem substitutum, & scribendi ad locum vbi Aduocatus moratur, posse retinere partem salarii correspondentē quantitatē, & qualitatē illius laboris, & periculi. Quod si nihil illorum faciat, tunc totum salarium debere substitutum; vt pote cui incumbit totum onus exequendi illud pro quo cōstituta est æqua merces, seu correspondens labori, curæ, & industria, pro quibus datur.

C A P V T L V I I .

De officio Notarij.

S V M M A R I V M .

- 684 De permissione, scientia, & diligentia requisitis in Notario.
 685 De veritate, & fidelitate, deg, ad hanc spectantibus: qualia sunt, nihil actis addere, vel detrahere, ac sincere dicti, a partium scribere.
 686 Deinde originale instrumentorum qua conficit, conseruare apud se, & quo modo.
 687 Item cauere fibi ab iis que in hoc negotio ipsum contaminaret pericato mortali, iuxta doctrinam Nauarri.
 688 Denig, vt bona fide agat quod instrumenta exhibenda.
 689 Duo in quibus iustitia in Notario requisita, præc pue cōsiftit.
 690 De faciente instrumento vñfaria: um.
 691 Deficiente instrumento contraliberatem Ecclœasticam.
 692 Peccatum Notarij accipiens salarium cum non debetur.
 693 Peccatum accipientis suprat taxam à Principe factam.
 694 De eo, quod Notarius accipere posset gratis datum.

DE officio Notarij cōmunicerunt Sūmularij in verb. Tabellio: Caet. in verb. Notarij peccata. D. Anton. 3. par. cit. 6.c. 3. Nauar. in Ench. c. 23.n. 25. & 52. ac sequ. Petr. à Nauar. lib. 3. De refut. c. 3.n. 11. & caliquot sequent. atq; de Instructione Sacerdotum, Toletus lib. 5. cap. 61.

Conditiones in Notario requisite.

S E C T I O I .

684 Conditiones autem in eo requisite, ex quibus serendum est iudicium de peccatis, quæ in officiū executione committit, sunt permissione, scientia, diligentia, veritas, fidelitas, & iustitia. Atque de permissione monendum est tantum, cōdem, & eadem de causa ab officio Notarij repellit, qui repellunt ab officio Aduocati.

Quod attinet ad scientiam, ea debet esse mediocris, scilicet carum rerum quæ ad id ipsum officium pertinent. Diligentiam vero perinde ac Procurator debet adhibere moralem. Quod si per illius negligentiam, (vt quando lat. sua culpa amissi protocollo, vt l nō patuit diem, aut aliquem omisit in processu) pars patitur damnam, peccat mortaliter, & teneatur ad restitucionem, vt ex presit Angel. in verb. Tabellio, §. 6. Et si autem non debet esse Doctor, vt idem addit; debet tamen habere scientiam, saltem mediocrem carum rerum quæ ad artem ipsius spectant, nec ignorare clausulas solitas ponit in contrahib; cum vt plurimū imperitia talium soleat damna multa, litesq; cauiles: vnde multorum conscientia in discrimine constitutur, prout Conc. Trid. habet scil. 22. cap. 10. De reformat. Et ideo decernit, vt Episcopus tanq; Sedis Apostolicæ delegatus, possit priuare, & ad tempus suspēdere quoque; Notarios imperitos, vel in officio delinquentes. Quibus dubium non est annumerandos esse eos, qui facientes contradicunt, apponunt clausulas quæ difficultates inducunt, & contentionib; dant occasionem. Qui & ea de causa tenentur ad restitucionē dannorum fecutori, tanq; obligati, nō tantum Deo, sed etiam hominib; ex D. Anton. in fine cit. cap. 3.

De veritate, & fidelitate.

S E C T I O II .

685 Quod attinet ad veritatem, & fidelitatem in Notario requiritur: is ad obseruationem illius tenetur sub iuramento, q; ab ipso (vt ex Hofstien), ac nonnullis aliis attingit Nauar.

in Enchir. cap. 25.n. 52.) in sua creatione exigitur, ipseq; prestat. Eadem vero cōsiftit in his. Primum est, vt ipse caueat fibi ab omni falsitate, seu veritatis mutatione dolosa, aut malicioſa; aliqua nimurum fingendo, que acta nō sunt inter partes, vel ex malitia aliquid cōdiderit actis addendo, vel detrahendo, vel aliter immutando, vnde instrumentum falsificetur. Quaratione ultra peccatum graue quod committit, obligationem incurrit ad restitucionem damni inde secuti; vt pote, qui ei causam dat: quod item est ac illud dedisse, iuxta cap. final. De iniuriis, & damno dato.

Secundum est, vt non solum conficiat verum instrumentum, sed etiam diēta partium ita scribat, vt mens carum sincere intelligatur; cum constet sepe rem eandem, alio, alioq; modo diētam, alio, alioque modo accipi, atq; detrimentum inde sequi.

Hinc aduertere falsi reum effici Notariū qui in instrumento scribit numeraciam esse pecuniam, quam non vidit numerari, & dubitare potest, an numerata sit. Quanquam si coram se fiat numeratio, si non adsit quidem integra, sed ramen partes afferant factam esse integrum; bona fide ita esse credens, scribendo in instrumento integrum numeratam esse, nō argueatur falso: quia talis scriptura non tam instituitur ad assertendum quod verum est, quam ad referendum ea de quibus partes inter se cōfidentur, iuxta ipsorum v. rba.

Tertio, vt seruet apud se copiam, seu originale omnium instrumentorum, neq; ipsū det alii, sed petentib; concedat solummodo transluinprum. Tenetur enim originales apud se diligenter custodire, adeo vt ex Toledo lib. 3. de instruct. Sacerd. cap. 61. ad restitutionem tenetur Notarius, si quando alii detrimentum ex eo obueniat, quod apud ipsum non maneat originale. Adde etiam, vt non solum seruet originale in brevibus seu in ea forma qua conuictus initus continetur breuiter, & protocolum vocatur: sed etiam cum portuerit, extendat illud in formam instrumenti perfecti redigatq; in registrum, veri instrumenti vim, authoritatem, habere possit subsidium innocentis.

Quarto, vt caueat fibi ab illis peccatis mortalibus, quibus in hac, ex Nauar. in Enchir. c. 25.n. 54. se contaminat, tum is qui rogatus (non rogatus non tenetur ingenerare se, ex Syl. in verb. Tabellio, q. 8.) dare aliquid instrumentum quod teneatur dare, non dat, ne partia dauerit, aut amicis eius dispiceat, aut donis corruptus: tum is qui nō informat partem, quæ per ignorantiam renunciatura est alii iuri. In quo vtroq; casu obligatio est ad restitutionem damni, vt pote cui causa datur: tum etiam qui die festo absque necessitate, solaq; cupiditate lucri instrumenta facit, cum in alium diem differre cōmode possit. Pro quo faciunt dicta in preced. lib. 19. cap. 3. de a. lib. 6. foribus in die festo prohibitis.

Tum præterea is qui rogatus à pauperibus non valentib; solueret ei iura sua, recusat scribere ipsorum instrumenta: aut iam scripta in publica forma, eis tradere. Attamen quia ille peccat contra religionem, & hic contra charitatem, non autem cōtra iustitiam, neuter ex solo tali peccato obligatur ad restitucionē. Quod patet de priori, & posteriori, ex eo pbatur, q; Notarius sua instrumenta cuiq; exhibere tenetur quidē ex iustitia, nō tamen exhibere gratis, nisi altitude accipiat iustum salarium. Tum denum is qui conficit testamentum carentis iudicio, aut non ventis ratione. Qui quidem ad restitutionem tenetur ei qui ab intestato successurus erat. Idē dic si dolo aut importuni p̄cib; inducat testatorem instituire alium hæredem, quam cum quem statuerat insituere. Quamquam ex cod. Nauar. in seq. cap. 26.n. 36. non est illicitū verbis simplicibus, sine magna importunitate, per se, aut a lium precari testatorem, vt fibi potius quam alij relinquit hæreditatem suam. Tam hoc autē quam illud Couar. docet ad Regulam Peccatum, de reg. iur. n. 6. par. 2. §. 7. in fine.

Quinto, ne in gratiam vñius partis occulet instrumentū sine quo altera pars nequit recuperare illud quod est fibi ab ea debitum. In quo cum injuriosus sit, tenetur ad restitucionem. Quod idem eadē, ac etiam maiore ratione dicendū est, si occulet instrumenta quæ cōtinent legata aliquib; facta. Imo, si facta esse ignorant, neq; ipsi p̄ longū tempus soluantur, tenetur de factis fidem eis facere, exhibitione instrumentorū, quæ apud se habet. Id enim pertinet ad fidelitatem, quam se in Repub. seruaturum sub iuramento promisit.

686.

687.

688.